tutem; fecit & ipse; sequitur; qd̄
sequitur· ad nihilum deduxit
tribulantes eos· EXPLICIT
DE PSALMO · LVIIII · INCIP
DE PSALMO · LX · IN FINEM
IN YMNIS · PST DAVID ·
In finē cū audis· Intellege In
xp̄m· finis enī legis xp̄c ad
iustitiā omni credenti· In ym
nis· In laudib; & dauid nona
lium quā ipsū accipere de
bemus. qui uenit ex semine
dauid· ut esset homo Inter ho
mines· & equales angelis fa
ceret homines· In hoc autē
psalmo uocem nr̄am qui su
mus p totum mundū In mē
bris xp̄i & In corpore eius de
bemus agnoscere· Loquit
enī hic Ita Ipsa unitas corpo
ris xp̄i· quasi unus homo·
cuius unius hominis caput
ē In celo. membra adhuc
laborant In terra; Inde &
dicunt·

EXAUDI DS̄ DEPRECATIONĒ
meā: Intende orationi
meae·

A finibus terre ad te clamaui·
dum anxiaretur cor meū· In
petra exaltasti me·

Non clamat a finib; terre· nisi
hereditas illa· de qua dictū
ē ipsi filio· Postula a me &
dabo tibi gentes hereditatē
tuā· (& possessionem tuam) terminos terre· Clamat
ergo a finib; terre· Id est un
diq;· In eo uero quod sublun
git· dū anxiaretur cor meū·
ostendit se. quā uis p omnes
gentes toto orbe In magna
sit gloria· In magna tamen
eē temptatione· Nam uita
nr̄a· In hac peregrinatione
non potest eē sine temptati
one· quia pfectus nr̄ p tempta
tionē nr̄am fit· Nec sibi
quisq; Innotescit. nisi tem
ptatus· nec potest coronari
nisi uicerit· nec potest uince
re nisi certauerit· nec po
test certare. nisi Inimicū
& temptatorē habuerit·
Itaq; non mirū si In tempta
tionib; positus. Clamat
iste a finib; terre· Sed quare
non uincitur·? In petra Inquit
exaltasti me· Recole euan

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 167, p. p.%20279 – Walahfridus Strabo, Commentarius in psalmos I-LXXVI (http://www.e-codices.ch/en/csg/0167/p.%20279)